

D. Balduino D. Pareus.

Quod jam secundo de eâ controversiâ, quæ cum N. Theologis vobis  
 intercedit, et quæ sanè hoc perturbatissimo tempore, quo divisi-  
 basinâ consilia inter pios sunt pernecessaria, vade intempesti-  
 vam iudicio, nos non tam consultis, quàm vestra sententiæ appro-  
 batores esse optatis, paucis rursus respondemus. Primum apud nos  
 opus non esse multis rationibus, quibus ritus fractionis panis con-  
 mendatur, qui omninò eam et laudamus, et in omnibus Refor-  
 matis Ecclesiis usurpari cuperemus. Deinde, neque hæc nostrum illu-  
 prius scriptum spectasse, ut Generosorum Dominorum N. consue-  
 tentiis vim faceremus, quibus si religio est N. communicare  
 ferre facile possumus, nihil ut agant fluctuante conscientia  
 sed vel communionem ad tenens, si videbitur, intermittant, et  
 quod offendiculi minus haberet, et controversiam totam sub-  
 moveret, in scholis vestris sese contineant, et ad Ecclesias illas  
 sese conferant, in quibus ritus per omnia sunt puri. Nos certe  
 quoad ipsam questionem attinet, licet paucis nuper, et in magis  
 tabellarij festinatione respondimus. Nihil tamen tenerè nobis  
 exidisse scimus, sed brevi epistola procerum nostrarum Ecclesiarum,  
 eximiorumque, et de Ecclesiis et scholis optimè meritorum  
 Theologorum, Calvini, Martyris, Beza, Ursini, Janekij senten-  
 tiam, cum quæ exterarum Ecclesiarum, nec non et Helvetica-  
 rum iudicia congruere non dubitamus: vobis juxta conscientiam  
 quam quæ nostram exposuimus, à quâ sententiâ non videmus  
 cur discedere debeamus: nec aliis longè gravioribus occupatis  
 hæc questione ulterius decidenda fatigari volumus: quia  
 bis ipsis hæc dubia avertivistis, dum juniores illos N. ad illas  
 Ecclesias, quarum Synaxis apud vos est dubia, amandastis.  
 Ut autem magis in specie vobis de gravissimis rationibus con-  
 stet, propter quas vel apud N. fratres hoc tempore, vel apud He-  
 nenses et similes, qui ritum fractionis panis in coenâ nondum  
 introduxerunt, si inter illos versarentur, sacra Coenâ uti religio  
 non esset. hæc sunt:

Prima

Prima ducta est à Communione Christianâ, quâ in verâ notitiâ et fide Christi, in communionem precum et officiorum charitatis et in usu sacramentorum à Christo institutorum; non autem in particula alicujus ritus externi consistit: quod vel ex eo apparet, quod cum Baptismus olim, et ab immersione in aquam ita sit appellatus, et illa immersio, et al ita loquamur emersio ex aqua suam quæ maximam momenti analogiam habuerit, nempe ad nostri mortificationem et vivificationem: haud tamen sibi definitur ita Cyrilliano: sibi compendium aspersionis, quo utimur, baptismus vel nullus vel illegitimus censetur.

Aliud Exemplum. Agnovit Calvinus, agnoscent et alii recte sentientes minus recte in Ecclesia Genevensi fieri, quod illi habentibus sacra coena non cum pane cibario, sed cum certis oblatis, quæ vix panis appellationem merentur, et spuma quasi panis censeantur, administrata fuerit: neque tamen vobis, ut arbitramur Geneva propter illum ritum minus puram, communicare nefas videtur. Refertur possent alia exempla, longè graviora, ut de Baptismo Pontificiorum, quem nostri Theologi, praesente aliqua protestatione, aut confessione ab iis, quibus puriore baptismum habere non datur, non planè repudiandum esse censuerunt.

Alteram ratio, quæ nos movet, est, quod falsum testimonium non est dandum orthodoxis fratribus. Non potest autem ita simpliciter fugi eorum synaxim, quin hoc pacto testemur, eorum coenam et communionem, quos tamen vos pro fratribus honorandis et orthodoxis habetis, non esse coenam, nec nomen coenæ et communionis sustinere posse.

Tertia ratio est, quod vestra illa durior sententia, in Donatistarum et Anabaptistarum scopulos impingere videtur: dum omnia Christi mandata sic urget, ut propter defectum in particula alicujus ritus separationem à communionem Ecclesia suadet. Nam sic, aut majori quidem cum specie argumentantur Ana-

baptista: ubi non est locus excommunicationis, quod expressum  
habet mandatum, non potest esse legitima communio. Item ubi  
multi, quos constat esse impenitentes, ad coenam admittuntur  
sub levi aliqua, imò verò nulla confessione, quae fit ante me-  
sam, die parasceves eucharistia, ibi non est legitima com-  
municatio: qui certe nodus non ita facile dissolvi potest, ut is, qui  
constringit.

Quarta ratio. Sunt partim falsae hypotheses, quae presuppo-  
nuntur; partim quod distinguenda non distinguuntur. Non  
violatur enim verò ab eis sabbatum, qui nec sacros conven-  
tus, nec puram doctrinam, nec ipsa sacramenta afferunt,  
nec novos cultus instituunt, ut Samaritani olim et similes:  
nam magnum est discrimen inter ritus prohibitos, ut fun-  
datrix et defectum ritus alicuius mandati: propterea cuius-  
dam spes et initium fortè in nonnullis Eulejis sibi emendationis  
illius defectus. Falsò enim supponi credimus, dari falsum testi-  
monium veritati ab iis, qui fractionem panis omittunt. An ullus  
quasso ex fratribus negat, Christi corpus doloribus pro nobis fractum  
fuisse, aut pro nobis traditum vel crucifixum? Vel an ullus ex  
ipsis dicet, idè omitti ritum fractionis? vel an ullus ex eorum  
auditoribus dicet, aut dixit unquam, illam omissionem fractio-  
nis reddere se dubium de verà Christi morte? Nam et ipsa fra-  
ctio non tam analogiam habet ad mortem et crucifixionem  
aut traditionem ad mortem, quam ad allegoricam fractionem  
per dolores, quos Christus vivus adhuc non mortuus sensit. Fal-  
sum est et illud, nihil in coena nos admonere de Christi verà  
morte, et crucifixione, vel corpus quò mortuum pro nobis esse  
panis vite, nisi fractionem panis: eum admoneat nos primariò  
id, quod in sacramento est praecipuum: Annunciatio scilicet mor-  
tis Christi, sive verba institutionis. Admonet et panis ipse, qui  
accipitur et manditur sporsim à vino; admonet vini effusio  
in poculum.

Præterea

411  
412  
416

Præterea tres necessariae distinctiones in hac regeio non attenduntur:  
primum inter administrantes sacramentum, qui peccare possunt, dum  
minus ritè totum ritum administrant: et inter sumentes, qui quò  
melius totum negotium Coena intelligit, pure semper accipit sa-  
cramentum et sine hesitatione, verà fide, tum in coenâ, tum  
extra coenam, carnem Christi pro nobis traditam manducat.  
Alterum discrimen est, quod et Magni illi Theologi Ursing et  
Rege semper tradiderunt inter et ritus, sive inter gradus ne-  
cessariorum rituum, quorum alii simpliciter sunt necessa-  
rii et sacramentum constituunt, ut in Eucharistia distri-  
butio panis et vini, cum religiosa recordatione mortis Chri-  
sti. Alii sunt quidem mandati et utilem habent communio-  
factionem, quæ tamen à rectâ informatione, et doctrinâ  
potissimum pendet, ut fractio panis, quæ per se parum pro-  
dest, nisi ejus usum communicans ritè intelligat, et cujus  
significatio aliâ sive res significata in Ecclesiis Asiaticis  
satis inculcatur: nempe Christum, qui mortuus et doloribus  
contusus et propitiatus factus pro peccatis, esse cibum spi-  
ritualem. Omisio ritus hujus non facit, ut planè non con-  
ueniat talis coena cum verâ coenâ, licet minus ritè to-  
tâ coenâ coend: quâ in re tamen paròpudis in illis  
Ecclesiis successu temporis speratur. Quod ad inconvenien-  
tia, quæ metuantur, non refiliunt illi à puris ritibus, qui  
apud externos in nonnullis se ad infirmitatem fratrum accom-  
modant, non dissimulantes suam confessionem, nec puros  
ritus omittentes, quoties illos habere licet. Nec datur falsum  
testimonium, quando veritatem de ritibus profitemur,  
licet nolimus apud externos turbas dare, et vim ipsis facere,  
aut necessitatem imponere, mutandi suos ritus, quos forte  
ad vitanda majora incommoda, non ita citò per omnia  
emendare possunt. Nec foventur illi in errore, et in  
omisio ritus fractionis per nostram communionem,

quos potius equanimitate nostrā possumus ad majores progressus  
adducere, sed retundimus fortē et offendimus nostrā morositate.  
Quod si qua incommoda metuenda erant, haec sane imprimis  
cavenda: 1. Ne tam potenti Principi et orthodoxae religionis  
sine nullorum invidia amantissimo, resiliendi à sancto  
proposito, praesertim de schola Mustri fovendā, occasio de-  
tur. 2. Ne intemperivarum rixarum inter Ministros,  
quorum non idem est caput, materies praebentur. 3. Ne  
niseris et infirmis conscientis in populo illo serupuli de  
rectitudine sacramentorum injiciantur: An sint in com-  
munionē Christi: An rectē sint baptizati: An rectē bap-  
tizare possent, qui non rectē coenam administrant? 4. Ne  
vicinis optata ars detur odiosa et suspecta reddendi no-  
stras Ecclesias, quae tam morosos, suūq; capitis homines habe-  
ant. Nam quam putidum illud esset, quod in vestris scholis  
aspergitur, si Ecclesia Reformata à fractionis ritu defini-  
rentur? sic definiant adversarii: nos verò tam ineptas de-  
finitiones haudquaquam admittamus, nec adversarios in  
illa opinione confirmemus, multo minus propter fracti-  
onis ritum vinculum charitatis inter Orthodoxos fran-  
gamus. Haec à pio animo, et semel ac postremo de hoc  
argumento pro explicatione sententiae nostrae scriptae  
si justā frutinā examinabitur, non erit fortasse, cur ad-  
modum nostra vobis sententia displiceat. Dominus Jesus spi-  
ritu illo suo, qui omnia ad edificationem Ecclesiae, nihil ad  
destructionem refert, indies vos regat, et ab omni malo cum  
vestris coetibus clementer custodiat. Vale et salve frater in  
Christo charissime. Heidelbergae 28. Januarij 1699.